



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Quænam sit melior amplificatio. Capvt IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ipse, qui iudicarat, ut statim è medio suppli-  
cio dimiserit, ut eius facinoris dannatos fer-  
uos, quod ad omnium liberorum caput, & san-  
guinem pertineret.

O præclarum Imperatorem! nec iam cum  
Marco Aquilio fortissimo viro, sed verò cum  
Paulis, Scipionibus, Marijs conferendum.

Tantumne vidisse in meū , periculoque  
provinciae, cum seruitiorum animos in Sici-  
lia suspenso propter bellum Italæ fugitiuo-  
rum videret, ne quis se communouere auderet,  
quantum terroris iniecit: comprehendendi iussit,  
quis non pertimescat: causam dicere dominos,  
quid serui tam formidolosum? fecisti videri  
pronuntiavit, exortam videtur. flammā pau-  
corum dolore, ac morte resiinxisse.

Quid deinde sequitur? verba, atque ignes,  
& illa extrema ad supplicium damnatorum,  
metum, catenarum? cruciatu, & cruce hisce  
onibus supplicijs sunt liberati.

In hoc opinor exemplo satis appetit vis  
fusæ illius amplificationis.

Primum rem proponit nuda, & simplici  
oratione; In Tricalino, quem locum fugitiui  
iā  
anè tenuerunt, &c.

Potest, & quod reliquum erat uno verbo  
dicens solui sunt. At quibus artibus fundit  
orationem. Primum ut solet suspendit ani-  
mos.

Quid deinde? quid censetis, fortissimam  
aut prædatam expectatis aliquam. Nolite usque  
quaque, & cetera, quæ satis latè explicantur,  
mox;

Expectate facinus, quam vulnus improbum.  
Vincam tamen expectationem omnium.

Tandem quod ante inchoarat, de crimine  
exponit longè illustrius.

Nomine, celeris, coniurationi que damnati,  
&c..

Inde ad epiplexin delabitur.

Quid hoc loco potes dicens, homo amentissime,  
nisi quod ego non quaro, quid, aut quantum, aut  
quod modis acciperis.

Hoc perurbanum est.

Quid ait bone custos, defensorque prouin-  
cia.

Commoratio est, quid enim aliud dicit,  
quam quod ante bis attigit de crimine, sed  
nous verbis, nous sententijs, & figuris, nous  
etiam adiunctis.

Ex eo transit in locum communem. Per-  
ditæ ciuitates, & ex symptomatis communii-

bus vim morbi colligit.

Ad summum ipsum factum pertentat, &  
agit per ironiam. O præclarum Imperatorem  
&c.

Dices accipitrem, circa prædami iam cer-  
tam, lento alarum remigio, quasi ludibrium  
circumuolare.

### Quoniam sit melior amplificatio.

#### CAPVT IV.

Quod si quis à me querat, quæ tandem  
melior sit amplificationis forma, an tu-  
mens illa, lateque subtilans, an pressis illiga-  
ta rationibus, & argumentis.

Secundum planè alteri omnes, qui modò Confertus  
gustum ylbum habent syncera eloquentia, uterque  
dubio procul anteponunt; sed cuenit nonnum-  
quam, ut tales sint auditores, qui fuso, & lu-  
xurianti sermonis ambitu capiantur, quales  
sermè plebejæ sunt, & pueriles aures, quibus  
nisi eisdem sententijs paulisper immutatis  
sæpius inculcatis, propter ingenij imbecillitu-  
tatem, vix assequuntur.

Quamobrem solent cum istis oratores, ve-  
luti sinuosis orationis flexibus inter se recut-  
tentibus ludere. At certè apud politas, & ne-  
gotiosas aures, hac ratione amplificare, vt  
candem planè rem dicas, commutes, & expo-  
lias, non modò putidum est, sed penè intole-  
rabile. Quis enim hanc orationem ferat.

Nulum tantum est periculum, quod sa-  
piens pro salute patriæ vitandum arbitretur. nugatoria  
Cum augetur incolumitas perpetua ciuitatis, amplificare  
qui bonis erit rationibus prædictus, profecto di ratio.  
nullumvirte discrimen, sibi pro fortunis Rei-  
publicæ fugiendum putabit, & erit ea senten-  
tia semper, ut pro patria studiosè, quamvis in  
magnum descendat vita dimicationem.

Hoc sane est pueriliter ludere, non eloqui:  
Quanto illustrior est ea amplificatio, ubi ics  
proprijs verbis, crebris sententijs, nouis insu-  
per adiunctis exponitur, hac etiam si nullæ tio simplicis  
admirationes, aut suspensiones, miserationes, amplifica-  
inuetuæ, execrationes, & figuræ simul acce-  
dant, tamen afficit vehementer, qualis est ita  
Ciceronis, qui nusquam mihi videtur efficacius  
amplificare, quam cum aliquid narrat, ut  
7. Ver. pag. 490. numero 116. vbi de misero*ū*  
supplicio.

Includuntur in carcerem condemnati, supplicium constituitur in illos, sumuntur de misericordiis parentibus nauarchorum, prohibentur adire ad filios suos, prohibentur liberis suis cibum, vestitumque ferre.

Patres hi, quos videtis, iacebant in limine, matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum exclusæ, qua nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum exciperet sibi licet.

*intro*

Aderatianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorque sociorum, & ciuium lictor Sextius, cui ex omni gemitu, doloreque certa merces comparabatur, ut adeas tantum dabisis, ut cibum tibi infraferre liceat, tantum, nemo recusabat. Quid, ut vino iœtu securis afforam mortem filio tuo? quid dabisis, ne diu crucietur? sapius feriatur in eum sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferatur: etiam ob hanc cauam pecunia lictori dabatur. O magnum, atque intolerandum dolorem! & grauem acerbamque fortunam! non vitam liberum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes.

Atque ipsi etiam adolescentes cum Sextio de cadem plaga, & de uno illo iœtu loquebantur, idque postremum parentes suos liberi orabant, ut leuandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur: multi, & graues dolores inuenient parentibus, & propinquis multis, verumtamen mors sit extrema, non erit. Estne aliquid ultra, quo progreedi crudelitas possit reperietur. Nam illorum liberi cum erunt secuti percussi, ac necati, corpora feris obijcuntur. Hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem.

Tum numero 141.

Hac cum maximè loqueretur, sex lictores circumstunt valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque homines exercitissimi: cedunt acerrimè virgis, denique proximus lictor (de quo iam saepè dixi) Sextius conuerso bacillo, oculos misero tundere ychementissimè cœpit. Itaque illi, cum sanguis os, oculosque complessit, concidit, cum illi nihilominus iacenti latera tunderentur, ut aliquando spondere le diceret. Sicille affectus, illincum pro mortuo sublatus, breui postea est mortuus. Iste autem homo venerus, & affluens omni lepore, & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum cupidinem posuit. Sic etiam fortunis hominum abutetur, ad nocturna vota cupiditatum suarum.

De materia, & formis, seu methodo amplificationis.

### CAPVT V.

Primum quidem amplificatori prudenter *Matria* spectandum censeo, quid materia ad di- *amplifica-*  
cendum proposita ferat, aut patiatur. Neque *tioni* *qua-*  
enim existimandum est omne genus argu- *quendam*  
menti capax esse amplificationis. Sed ut cera *ef-*  
modicè calefacta fingentis sequitur manum, *Non ex*  
& nullo negotio diduci, fundique potest *omniliq[ue]* *contra* *verò à* *lapis* *haudquam illud:* *Mercuriu*,  
*exprimas*, ut admoto igne, humanaque in- *nece* *on-*  
dustria difendatur: ita profecto eueniunt so- *nisi argu-*  
let in amplificationibus, quædam enim argu- *menta* *mirificè* *nata* *sunt* *ad* *æfexiv*, *que si*, *eis* *ar-*  
vel *digito* *leuiter* *attinges*, *statim* *suopte* *ve-* *plicau*  
*lut* *ingenio* *fundentur*, *quasi* *concrenatas* *in*  
*se* *rations* *diffusionis* *habeant*.

Alia verò longè exilia sunt, quæ *vix* *ora-*  
*tionis* *cultu* *posunt* *splendescere*. Quænam  
igitur iniquies amplificationem patiuntur?

Hoc prudentiæ est oratoria præuidere, nec  
temerè omnia per amplificationem dicere.

Primum res minutæ, & exiles hanc ora-  
tionis laxitatem non admittunt, quas si ope- *Res minutæ*  
rosa industria coneris amplificare, idem faci- *non sunt* *ca-*  
as, ac qui tornando, fingendoque millio stu- *paces ampli-*  
diū, & operam ponenter. Verum egregia laus *ficione*,  
est res partus extollere, & ex muscis elephan- *nisi foris in*  
tos facere? Non nego festiū esse ingenij, quod ludo, & *at-*  
multi diserti homines fecerunt, res alio- *cetijs*,  
qui contemptas, ut muscam, & febrim ora-  
tionis beneficio, in excellam quandam at-  
tollere speciem granditatis: sed nego id ipsum  
pertinere ad orationem grauitatis.

Itaque, qui hæc scribunt, ludere se profi-  
tentur, & nos ludentes suspicimus, quos si se-  
riò loqui putaremus, amentes potius, quam  
eloquates iudicaremus, quod contra com-  
munem omnium mortalium sensum nite-  
rentur. Quemadmodum igitur in myrmeci-  
dijs, cum nauiculam audimus, aut quadrigam  
eburneam, musæ pinnulis intectam,  
bellissimi ingenij, & delicatissimæ manus  
industriam probamus, non tamen ut ista,  
vel elegiacos versus sesamo subtiliter incisos  
Ioui Olympio, & Myrmecidem Phidiæ ante-  
ponamus. Simili quoque ratione minutias  
istas rerum quæ ab epigrammatistis, aut  
encomiastis ornari, amplificarique solent, lau-  
damus